



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Pignoribus, & aliis Cautionibus. Tit. XXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)

Deci. *conf.* 142. *num.* 4. Balb. *de praescript.* 1. *part.* 5. *princ.* *quest.* 20. Afflic. *decis.* 305. *mon.* 10. Clar. *§. feudum*, *quest.* 13. *num.* 4. Ruin. *conf.* 35. *num.* 30. *lib.* 1. Cephal. *conf.* 155. *num.* 30. *lib.* 2. Rebuff. *de rebus Ecclesie non alienandis*, *num.* 33. Cavalcan. *decis.* 30. *n. 3.* & *decis.* 31. *n. 56.* & 93. Gam. *decis.* 342. *num.* 4. Borrel. *d. rit.* 33. *num.* 135. Seraph. *decis.* 434. & *decis.* 145. *n. 3.* & *decis.* 1460. Rot. *decis.* 160. *n. 5. p. 2. diuers.* & fuit dictum in Romana domus 13. Ianuar. 1586. coram Card. Blanchetto, & in Vlixbonen. *pradij* 24. Ianuar. 1603. coram Reuerendiss. Attrebaten. & in Nucerna *pradij* 24. Maij 1624. coram R. P. D. Metlino statim in *princ.* Et etiam sufficit quod bona sint solita venire in diuisionem, vt in futurum etiam diuidi debeant. Vide Palat. in *repet. c. per vestras*, de donat. inter *virum*, §. 18. *n. 37.* Pelacz de maioratu. *p. 4. q. 20. num. ult.*

6 Molin. *de primog. lib.* 2. *c. 6. n. 26.* Et bona Ecclesiastica semel concessa in emphyteusim possunt in posterum concedi resoluunt Gam. *Lusitan. decis.* ult. *n. 4.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt.* q. 16 *mon.* 71. quia Praelatus licet non possit de nouo inuestire, potest tamen renouare inuestituram, Afflic. in *cap. 1. num. 11.* Barbat. *conf.* 19. *col. 1.* Iaf. *conf.* 222. *vol. 1. n. 1.* Socin. *sen. conf.* 52. *col. 5. vol. 1.* Nam quando res fuit semel alienata cum debitis solemnitatibus, videtur ex tunc statutum, & ordinatum, quasi in vim illius primae alienationis, quod de cetero res possit alienari, & propterea quando reuertitur ad dominum directum, & de nouo alienatur, in hoc dicitur executioni demandari antiqua alienatio, Curt. iun. *de feudis*, in 2. *part. q. 1. col. 2. vers. quarto me mouet*, Rota *decis.* 360. *num. 12. p. 1. diuers.* & *decis.* 622. *n. 20. lib. 3. p. 1. etiam diuers.* Neque in renouatione infeudationis interuenire debent illae solemnitates, quae requiruntur in alienatione rei Ecclesiae, Clar. *§. feudum*, q. 13. *n. 5.* Ruin. *conf.* 141. *n. 2.* & *conf.* 161. *n. 3. vol. 1.* Rimin. iun. *conf.* 233. *n. 80. vol. 3.* Provt nec etiam necessariae sunt solemnitates Extraneag. *Ambrosiose*, de rebus Ecclesie non alien. quando agitur de re solita locari, Iaf. *conf.* 227. *n. 17.* & *conf.* 155. *num. 30. lib. 2.* Rot. in *Senen. pradij* 8. Octobris 1584. coram Card. Pamphilio sen. & in Romana relocationis *casalis* 16. Martij 1615. coram Card. Sacrato; attamen est necessaria utilitas, vt si reperitur maior oblatio, non tenetur Ecclesia renouare pro eodem pretio, c. tua nuper, de his quae sunt a Prel. Ant. Gabr. *commun. tit. de iure emphyt. concl.* 1. *n. 18.* Casar de Grassis *decis.* 2. *de rebus Ecclesie non alien.* n. 9. & faciunt tradita per Abb. in *c. ad aures*, n. 4. *de rebus Ecclesie non alien.* & ibi Imol. *versum nota demum*, & fuit resolutum in dict. Romana relocationis *casalis*, coram Card. Sacrato.

7 Redire.] Verbum hoc indicat ipso iure, & est latae sententiae, vt per Tiraq. in l. si unquam, verbo reuertatur, *num.* 132.

8 Liberè.] Verbum hoc idem importat quod sine alicuius impedimento, & contradictione, vt per Turzan. *rom. 2. commun. opinion. tract. de feudis*, tit. 8. quibus ex *causis feudum admittatur*, n. 85. Sured. *decis.* 265. *num. 3.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt. quest.* 8. *num.* 12. Valasc. *consult.* 123. *num.* 9. Modern. *de iurisdict. part. 4. casu* 20. *num.* 9. Nicol. Garc. *de benefic. part. 1. cap. 5. num.* 376. & alios pro me citatos in tract. de dictionibus vsufrequentiorib. *dict.* 190. *n. 3.* & 8.



De Pignoribus, & aliis Cautionibus.

TIT. XXI.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabari. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Panormitan. Henric. Canis. Guillem. Durand. in *brenario iuris Canonici*, fol. 100. Petr. de Rauenna in *compendio iuris Canonici*, Ioan. de Londris in *brenario sanctorum Canonum*. Martin. Mesnart. in *epitome Decretal.* fol. 113. verso, Dan. Venator in *analyti methodica iuris Pontif.* pag. 423. Goffred. & Hostiens. in *summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in *paratilis ad quinque lib. Decret.* Barthol. Carthag. in *exposit. tit. iuris Canonici*, Zyp. in *analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat.* pag. 211. omnes sub hoc tit.

De materia tituli speciales tractatus in lucem edidit Anton. Neguzant. Auditor Rotae *rom. 6. tract. Doctor.* p. 1. fol. 194. Franc. Baldoin. *cod. rom. 6. part. 1. fol. 268.* Hugo Donel. *cod. rom. 6. p. 1. fol. 258.* Andr. Gail. Gabr. Mudaeus. Gabr. Valq. Ioan. Bapt. Schumart. enthalet, & agunt Azor. *instit. moral.* p. 3. lib. 7. *de pignoribus*, atque hypothecis, Alex. Trentacinq. *var. res.* fol. lib. 3. sub *cod. rit.* Valq. in *opus. de pignorib.* Paul. Layman. in *Theolog. Moral.* lib. 3. *tract. 4. c. 30.*

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia res pignori non debent nisi ex necessitate, & rationabili causa.
- 2 Sacrae res non possunt pignori obligari.
- 3 Sacrae res quibus ex causis alienari, seu pignori possunt ostenditur.

CAP. Nullus Presbyter. I.

Ex Concil. Remen.

PRESBYTER non potest laicis pignori res Ecclesiae, vt Calicem, librum, vestes, nisi iustissima urgente necessitate. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hostiens. Henric. Anchar. Panorm. Barbat. Guid. Papa. Viuian. in *ration. lib. 4. iuris Pontif.* pag. 195. Alagona in *compend. iuris Canonici*, pag. 438. remissum Ximen. in *concord. p. 2.* refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib. 3. tit. 17. c. 1.*

Collige ex text. res sacras, quae scilicet per consecrationem, vel benedictionem in cultum diuinum Deo dicantur, non posse pignori obligari, vt per Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 2. tit. 24.* & apud Castellanos l. 7. *tit. 2. lib. 1. noue recopil.* Conar. *lib. 2. var. c. 16. n. 8.* Mozz. *de contract. tract. de pignorib. c. de rebus quae pign. num. 13.* Reb. *de obligat. institut. p. 2. lib. 16. quest. vnic. de obligat. contract. de pign. n. 4.* Azor *instit. moral.* p. 3. *lib. 7. c. 6. q. 4.* Valq. in *opus. de pignorib.* c. 1. §. 2. *num. 64.* Vtrum autem possint locari pro pretio, vide Vgolin. *de simon. tab. r. c. 44. §. 1. n. 3. vers. quoad primum casum.* Bonacin. in *simili tract. q. 2. n. 12.* Soar. *de Relig. rom. 1. lib. 4. de simon. c. 14. n. 25.* Filliuc. *tract. 45. c. 3. quest. 12. num. 29.*

Nisi iustissima necessitate urgente] Notatur ad hoc, quod res sacrae non aliter alienari possunt, nec pigno

pignori, quam ex summa necessitate, vt per Conat. d.c. 16. n. 8. quem refert Gutier. *practic. lib. 3. q. 8. n. 2.* vbi n. 7. quod causa præcipua ad alienationem rerum Ecclesiæ est redemptio captiuorum, imo ad captiuos redimendos, & carcere detentos liberandos, aut propter imminens belli periculum posse aurum, & argentum Ecclesiæ capi, resoluunt Sura. *decis. 367. n. 43.* Morl. *in emporio iuris. p. 1. tit. 1. q. 16. n. 26.* Modern. *de iurisdic. p. 3. casu 10. n. 3.* Sic eodem modo Ecclesiæ bona posse pro alimentis pauperum non solum parochianorum, sed etiam exterorum pignori, & vendi, tenent Cou. d. c. 19. n. 8. *vers. ceterum res Ecclesiasticas.* Sura. *de aliment. tit. 8. priuil. 46. n. 5.*

SVM MARIVM.

- 1 Homo liber non potest pignori, & n. 2. item nec propter as alienum detineri, vt n. 3.
- 4 Debitorem fugientem potest creditor propria auctoritate sublequi, & detinere.
- † Pater potest filium vendere in maxima necessitate, & quid in matre, n. 6.

CAP. Lator. II.

Gregor. III.

Homo liber non debet pro debitis detineri, si non habet unde soluat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabara. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Host. Anch. Panorm. Henric. Boich. Barbat. Guid. Papæ. Henric. Canif. Viuian. *in rationali lib. 4. iuris Pontif. pag. 196.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 438.* remissive Casal. *in amor. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.* defumitur ex D. Greg. *epist. 43. lib. 3. registri.* & refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 17. c. 2.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. defumunt l. 3. tit. 1. p. 5. Navar. *in man. c. 17. num. 88.* Cou. *lib. 2. var. c. 1. n. 1.* Gom. *tom. 2. var. c. 1. n. 52.* ad fin. Cened. *ad Decretal. collect. 73. num. 2.* Guid. Pancirol. *var. lect. lib. 2. c. 100.* Valq. *in opusculo de pignoribus. c. 1. §. 1. n. 7.* Cardos. *in praxi iudicium. verbo pignus 4.* Azor. *instituit. moral. part. 2. lib. 7. c. 6. vers. item liber homo.* Felician. *de censib. lib. 1. c. 8. n. 8.* Hinc etiam ex hoc text. vt plurimum illa solet communiter conclusio deduci quod liber homo propter as alienum detineri non potest, in quo traditus videtur ex l. qui filios, 6. C. *que res pignori,* de qua Conan. *comment. iuris civilis. lib. 4. c. 14. num. 8.* Neguz. *de pignori. p. 2. memb. 3. num. 4. & 5.* Gom. *de potestate in se ipsum. lib. 2. c. 14. num. 32.* Valer. Reginald. *in praxi fori panit. lib. 2. §. n. 576.* quam quidem ex nostro text. desumptam conclusionem obtinere dicit Henric. Canif. *in presenti. in eo,* qui bonis suis cedere vult, alias secus. Non procedit tamen in debitore fugiente, quem creditor etiam propria auctoritate potest sublequi, & detinere, & detrahare, quod sibi debet, Gutier. *practic. lib. 1. quæst. 82. n. 1.* Azued. *l. 2. n. 15. tit. 13. lib. 8. noua recopil. dummodo captum intra viginti quatuor horas suo iudici competenti præfenter.* Gutier. d. q. 82. n. 1. Azued. d. l. 2. n. 159. cum seqq.

In glos. Lex ibi, pater enim potest filium obligare quandoque, quoniam & vendere potest in maxima necessitate, C. *de paribus. qui filios distraxerunt. l. 2.* Vide Xuar. *tit. de los gouernos. in princip. num. 20.* Rebuff. *ad leges Gallie. in proem. glos. 5. num. 62.* Cou. *lib. 3. var. c. 14. n. 4.* Menoch. *de success. progressus. lib. 1. part. 2. §. 1. n. 17.* Barar. *in addit. ad Palat. in rub. de donat. inter virum, & Barbof. Collect. Tom. II.*

uor. §. 6. n. 45. lit. M. Pinel. *in rub. C. de bonis mat. p. 2. n. 20.* Donel. *comment. iuris civilis. lib. 2. c. 25. post med.* Molin. *de primog. lib. 4. c. 5. n. 14.* Mozz. *de contractib. tit. empt. rub. de rebus, que emi, vel vendi, possunt, n. 51.* Alcan. *de patria potest. cap. ult. effectus 1. in princip.* Cald. *Pereira de resolut. emphyt. c. 6. n. 18.* Molin. *de instit. tract. 2. disp. 13. vers. sciendum est item.* D. Barbof. *in l. si constante, in princip. n. 9. ff. soluto matrim.* Sura. *de aliment. tit. 8. priuil. 38. n. 7.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 2. c. 19. q. 6. vers. 2.* Modern. *de iurisdic. p. 4. casu 90. n. 1.* Bobadil. *in sua politica. lib. 3. c. 3. n. 11.* Sayr. *in claus. Regia, lib. 9. c. 6. n. 19. cum seqq.* Cardos. *in praxi iudicium. verbo seruitus, n. 56.* Don. Christoph. *de Pace ad leges styli. l. 80. n. 18.* Rebel. *de obligat. instit. p. 1. lib. 1. q. 9. n. 12.* Vtrum autem talis filius a patre venditus cogere possit ipsum patrem, vt eum redimat, & liberet, si ipse postea venerit ad pinguiorem fortunam? vide Cou. d. c. 14. n. 4. *vers. quinto.* Molin. *disput. 33.* Sayr. d. c. 6. n. 20. Et an locum habeat in filio clerico, vide 6 Mozz. d. tit. de rebus, que emi, vel vendi possunt, n. 51. Sura. *de alim. tit. 8. priuil. 38. n. 16.* Modern. d. casu 90. Sayr. d. c. 6. n. 21. Et an procedat dispositio d. l. 2. in matre? vide Rebuff. *de priuileg. scholar. priuil. 177. vers. primo.* Pinel. *ad rub. C. de bonis mat. p. 2. num. 23.* Molin. d. disp. 33. *vers. sciendum.* Rebell. q. 9. n. 12. *vers. quod si sine,* & n. 52. Azor. d. c. 19. q. 6. §. secundus effectus, *vers. alterum est.*

SVM MARIVM.

- 1 Rector Ecclesiæ si pro facto proprio rem Ecclesiæ obligauit, cogitur eius hæres rem redimere, & Ecclesiæ restituere.
- 2 Successor in beneficio quando teneatur ad debita prædecessoris, ostenditur.
- 3 Redditiu beneficij a principio sufficientes si ex post facto minuantur, tunc compelli possunt parochiani ad iustam alimoniam supplendam.
- 4 Creditori incumbit onus probandi filium esse heredem.

CAP. Ex præsentium. III.

Alex. III.

Rector Ecclesiæ si facto proprio pignoraui res Ecclesiæ, & moriatur, compelletur eius hæres redimere res, & restituere Ecclesiæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabara. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Host. Anch. Henric. Panorm. Barbat. Guid. Papæ. Viuian. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 197.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 438.* remissive Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 18. c. 3.* & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 29. c. 1.

Pro sua necessitate. Intellige reparandi suas proprias domos, vel pro alia simili, aut eo casu quando clericus habet patrimonium, & tamen pro necessitate suæ personæ obligauit bona Ecclesiæ, prout de intellectu huius text. agens, firmat Marc. Anton. Genuef. *in practica. Ecclesiast. q. 202.* Et ita quando clericus contraxit debita voluntarie, non pro sustentatione sua, seu pro seruicio Ecclesiæ, sed pro alia necessitate, propria vt supra, tunc enim successor in beneficio non tenetur pro facto, & ad debita per suum prædecessorem contracta; secus si contraxit pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, quia tunc successor tenetur non personaliter ex proprio patrimonio, sed ex bonis, & redditibus Ecclesiæ.

Colliguntur hæc ex cap. quibusdam, & ibi gloss. penult. de fideiuss. & c. 1. de deposito, & c. 1. de solut. vbi Host. n. 2. & 3. & Abb. n. 1. & 2. Roman. conf. 440. Gemin. conf. n. 2. & 3. Couar. variar. lib. 2. c. 17. n. 3. Anton. Gom. l. 40. Tauri. n. 72. Alciat. conf. 14. n. 6. vol. 1. Menoch. de arbitr. casu 432. n. 32. Burlat. conf. 226. n. 95. vol. 3. Rot. decis. 805. n. 4. p. 1. diuers. quos refert, & sequitur Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de Clerico debitore. §. 3. n. 1. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. §. 4. a. n. 7. vbi tenet, quod si debitum sit contractum pro sustentatione personæ, id est, pro alimentis illius beneficiari, successor in beneficio tenetur, quando beneficiarius non habebat bona propria obligata, & contraxit ductus spe soluendi de fructibus Ecclesiæ, de quo etiam Nauar. de spo. liis Clericor. §. 10. num. 6. Prædecessor enim contrahens debita pro sua sustentatione, vel sua infirmitate, pro necessitate Ecclesiæ videtur contraxisse, cum Ecclesia teneatur illum alimentare, vt per Abb. hic num. 5. Burlat. d. conf. 226. num. 95. vol. 3. Surd. decis. 255. num. 25. vbi num. 26. restringit quoad impensam factam in infirmitate, qua Clericus decessit. Bellet. d. §. 3. n. 2.

3 Vbi tamen redditus Ecclesiæ à principio sufficientes ex postfacto minuantur, tunc compellentur parochiani ad instam alimoniam supplendam, vt per Rebuff. de decimis. q. 6. n. 22. D. Barbol. in l. alia, §. eleganter, n. 19. ff. soluto matrim. adeoque poterit Sacerdos auctoritate superioris, propter hoc Sacramenta denegare. Gregor. l. 9. tit. 10. p. 1. Lara in l. si quis à liberis, §. et si impubes. n. 31. ff. de liberis agnoscendis. Surd. de alimentis, tit. 1. q. 60. n. 2. cum seqq.

4 Ius dicitur obtinere. Notatur ad hoc quoddam creditori incumbit onus probandi filium esse heredem, & non filio quod abstinuerit, vt per Tiraq. in tract. le mort, p. 7. declar. 2. n. 8.

S V M M A R I V M.

- 1 Emens rem cum pacto quod post certum tempus possit illam venditori restituere, recipiendo quid plus, quam exbursauerit, indicatur contractus usurarius.
- 2 Actus talis presumendus est qualem partes denominarunt.
- 3 Empio exigua pretio cum pacto de retro quando est facta ab eo, qui solitus est fœnerari, tunc contractus magis presumitur usurarius.

C A P. Illos vos. IV.

Innoc. III.

1 E mens rem cum pacto quod post certum tempus possit illam venditori restituere, recipiendo quid plus quam exbursauerit, indicatur contractus usurarius. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Anch. Henric. Panorm. Barbat. Guid. Papæ. Vin. in ration. lib. 3. iur. Pontif. pag. 188. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 439. remissioe Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 17. c. 1.

2 Ex forma contractus, &c. Notatur ad hoc quoddam actus talis presumendus est, qualem partes denominarunt, quamvis in contrarium aliqua sint coniectura, & præsumptiones, vt per Surd. conf. 450. n. 3. lib. 3. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 96. n. 30. & 31.

3 Præsertim cum usurarius consueuerat exercere. Notatur ad hoc, quod quando empio exiguo pretio cum

pacto retrouendendi facta est ab eo, qui solitus est fœnerari, tunc contractus magis presumitur usurarius, quia consuetudo fœnerandi vehemens est coniectura. Vide Ordin. Regiam Lusitan. lib. 4. tit. 4. §. 2. ibi, em costume de on' enar, Menoch. lib. 3. de præsumpt. q. 122. num. 29. & 105. Cardinal. Mantica. de tacitis & ambig. conuent. lib. 8. tit. 20. num. 34. Cald. Pereira de extincti. emphyteut. cap. 13. num. 27. Valasc. conf. 56. num. 2. vbi tenet quoddam sufficit si vna vice tantum fœnerauerit.

S V M M A R I V M.

- 1 Mulier agit pro dote contra quemlibet detinentem bona mariti.
- 2 Vxor in bonis etiam dotalibus non fit executio pro delicto mariti.
- 3 Dotis in causa principaliter mota quis fit competens iudex, ostenditur.
- 4 Onus adiectionis rei facit vt res transeat cum illo.
- 5 Libellus alternatiuus admittitur vbi vnus est in obligatione, & aliud in solutione.
- 6 Bona Clericorum etiam patrimonialia, tam acquisita, quam acquirenda, gaudent priuilegiis Clericorum.
- 7 Hypotheca tacita pro dote non præfertur alteri hypothecæ expressæ priori, etiam non priuilegiata.
- 8 Fiscus præfertur aliis debitoribus etiam anterioribus, quibus non sunt bona expressè prius hypothecata.
- 9 Bona paraphernalia non sunt tacite hypothecata.
- 10 Bona omnia Prælati sunt pro mala administratione Ecclesiæ hypothecata.
- 11 Beneficiarius proprius equipatur.
- 12 Equiparatio tutoris, & Prælati non recipitur nisi vbi expressa reperitur.

C A P. Ex literis. V.

Vxor stante delicto mariti potest recuperare dotem in bonis ipsius vbiunque sint, eo quia tacite sunt ei obligata pro dote, ita vt cum hoc onere transeant in quemlibet, ex quo iura prohibent vxorem remanere indotatam pro delicto viri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Host. Anch. Henric. Parbat. Guid. Papæ. Vin. in ration. lib. 3. iur. Pontif. pag. 198. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 439. remissioe Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 17. c. 2.

Quod propter maleficium viri, &c. Notatur ad hoc, quod pro delicto mariti non fit executio in bonis vxoris, vel dotalibus, vt per Afflic. lib. 2. constit. rub. 8. Palat. in repet. rub. de donat. inter virum, §. 66. a. n. 19. Ant. Gom. l. 78. Tauri. Cassan. in consuetud. Burgund. fol. 96. §. 2. n. 3. Clar. lib. 5. §. fin. q. 78. n. 15.

Tibi duximus committendam. Notatur ad hoc, quod in causa dotis principaliter mota inter laicos competens est Ecclesiasticus iudex, vt per Nouell. de dote, part. 9. priuileg. 164. & Gom. qui communem dicit, l. 50. Philipp. p. 1. §. 1. n. 9. Cened. Canon. quest. lib. 1. quest. 37. Cenall. in tract. de cognit. per viam violent. p. 2. quest. 13. Christoph. de Anguiano in tract. de legib. rom. l. 1. lib. 2. controu. 13. num. 17. Palat. in repet. cap. notab. 2. num. 16. vers. eodem modo, vbi intelligit hunc text. in miserabili persona, videlicet muliere orbata marito; vel aptius dici potest aditum fuisse hic Ecclesiasticum in defectum iustitiæ coram seculari, argument. cap. licet, de foro compet. quod patet ex iniuriis illarum mulierum.

mulieri, quæ hic referuntur, cum propter dilectum mariti fuerit spoliata propria dote, & ideo Ecclesiasticus se intermittit, quia viduis oppressis, & bonis suis spoliatis succurrit Ecclesia, cap. ex parte 6. de foro comper. Ita D. Barbosa in l. 1. ff. soluto matrim. p. 1. n. 47. ubi asserit, quod ideo huiusmodi mulier dicitur vidua, quia eius maritus fuerat bannitus, & auferat, cum attenta iuris dispositione idem sit non habere maritum, vel habere inutilem, cap. inter corporalia, in ult. glo. verbo inutilem, de translat. Episcopi, ubi diximus. Unde colligo quod quando dos in testamento relicta est puellæ pauperi, tunc non index secularis, sed index Ecclesiasticus erit competens contra laicum etiam principaliter, & ad instantiam partis, ita Bobadil. in sua politica, lib. 2. c. 17. n. 10. in fine, iuncta glo. lit. C. Gutier. pract. lib. 1. quest. 44. num. 10. & lib. 3. q. 29. num. 30. Cened. d. quest. 37. num. 7. Ceuall. d. quest. 13. num. 4.

4. Notatur ad hoc, quod onus actionum rei facit, ut res transeat cum illo, l. 1. cui opus ff. de nou. operis munt. l. fin. §. fin. ff. de contrab. empt. Bellacomb. tom. 1. comm. lib. 3. tit. communia seruitutum, n. 67. pag. 426. Menoch. conf. 2. n. 1. & conf. 63. n. 11. & conf. 80. n. 79. D. Barbosa in l. post dotem, num. 5. ff. soluto matrim. Cald. Pereira de resolut. c. 3. num. 33. & de empt. cap. 10. num. 10. & c. 27. non vlt.

5. Vel in possessiones, &c.] Notatur ad hoc, quod libellus alternatus admittitur ubi vnum est in obligatione, & aliud in solutione, ut per Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. p. 3. c. 3. n. 5. & 8. Nicol. Morz. de contract. tract. de empt. tit. quibus casibus amittitur emptio, n. 27. Bernard. Grenæ. ad practicum Camere Imper. lib. 1. concl. 63. n. 11. Camil. Borrel. in summ. decis. tit. 49. n. 78. & n. 83.

6. In gloss. Hoc privilegio. Notatur ad hoc, quod bona Clericorum etiam parimonialia, tam acquisita, quam acquirenda gaudent privilegiis Clericorum, ut per Bobadil. in sua politica, lib. 2. c. 18. d. n. 259. plures Doctores refert Girona de privilegiis, & exemptionum explicatione, n. 373.

7. In gloss. Favor. Notatur ad hoc, quod hypotheca tacita pro dote non praefertur alteri hypothecæ expressæ priori, etiam non privilegiatæ. Vide Neguzant. de pignoribus, p. 2. memb. 3. n. 86. Gutier. pract. lib. 3. quest. 99. n. 7. Flores de Mena var. lib. 3. quest. 6. art. 3. num. 28. D. Barbosa in l. 1. ff. soluto matrim. part. 6. n. 4. & c.

8. In ead. gloss. ibi, Nam si scus simile habet privilegium. Notatur ad hoc, quod praefertur fiscus aliis debitoribus etiam anterioribus, quibus non sunt bona expressæ prius hypothecata. Vide Neguzant. de pignor. p. 2. memb. 4. num. 97. in fine, & man. 98. Gom. l. 50. Tauri, num. 39. a princip. Petrum de Arag. 2. 2. q. 62. art. 8. in fine, concl. 3. ubi Domin. Banes concl. 1. post documentum quintum. Greg. de Valentia rom. 3. disp. 5. q. 6. puncto 10. §. 5. optimè Sayr. in clavi Regis, lib. 10. tract. 5. cap. 10. num. 17.

9. In gloss. Obligata. Notatur ad hoc, quod bona paraphernalia non sunt tacite hypothecata, ut per Petr. de Aragona d. art. 8. in fine, concl. 3. Fr. Emman. in sum. part. 2. c. 46. concl. 5. Contrarium tamen tenet Couarr. lib. 1. variar. cap. 7. num. 1. concl. 1. Distinctionis scdere habet contrarias opiniones conciliat Sayr. d. cap. 10. num. 16. ita ut si maritus illorum bonorum paraphernalium, hoc est, bonorum, quæ mulier præter dotem habet, administrationem habet, tunc bona mariti tacite pro eis obligata sunt, secus si vxor bona illa penes se retinet, & in eod. num. 16. ex Petro Nauarr. & Couarru. resoluunt quod licet bona mariti tacite obligata sint pro bonis istis paraphernalibus eo modo, Barbosa. Collect. Tom. 11.

quo dictum est, bona tamen hæc paraphernalia non habent hoc privilegium prælationis, quod habet dos vxoris.

In eadem gloss. ibi, Et si omnia bona Prælati, &c. 10. Notatur ad hoc, quod omnia bona Prælati sunt pro mala administratione Ecclesiæ hypothecata, ad exemplum pupilli in rebus tutoris, ut per Palat. in repet. rubr. de donat. inter, §. 66. c. 21. Rebuff. tom. 2. ad leges Gallia. tit. de constit. reddit. tit. 1. gloss. 14. num. 30. optimè Menoch. conf. 114. num. 27. Geminian. conf. 3. num. 8. Syluest. in summa, verbo clericus 4. num. 4. Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de bonis clericorum, §. 1. num. 12.

Notatur etiam hæc glossa ad hoc, quod beneficiarius proprius tutori æquiparatur, ut per D. Barbosa in l. diuortio, in princip. p. 2. n. 28. & quod æquiparatio tutoris, & Prælati non recipitur nisi ubi expressa reperitur, vide Couarr. in c. 1. de testam. n. 5. Mench. illustrum c. 105. n. 7.

SVM MARIVM.

1. Creditor, vel is, qui ab eo causam habet, si tot fructus percipit ex pignore, quot satisfactum est sorti, debet pignus restituere debitori.

2. Declaratur text. in presenti.

3. Fructus percepti ex pignore sunt in sortem computandi.

CAP. Cùm contra. VI.

Fructus percepti ex pignoris possessionibus si æquant summam pignoris, sunt restituende possessiones dominis, absque alia refectione pecunie. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Henric. Anchor. Panorm. Barbat. Guid. Papæ, Viuian. in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 198. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 439. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Angust. collect. 3. Decretal. lib. 3. tit. 17. cap. 3.

Rebuff. in tract. de except. n. 930. dicit, quod in hoc text. (ubi hæredes debitoris agunt contra secundum creditorem, cui hæredes primi creditoris pignus pignori dederant, ut fructus compensentur in sortem) pignoratitia non sequitur rem, sed potest debitor agere personali tam contra primum creditorem, cui dedit pignus, quam contra secundum, cui creditor dedit pignus, vel contra hæredes.

Et in sortem debeat computari.] Notatur ad hoc, quod fructus percepti ex pignore sunt in sortem computandi, ad quod plures Doctores refert Cened. ad Decret. collect. 6. n. 1. quibus adde Franc. Marc. Delphin. decis. 167. p. 2. Ozalc. Pedem. decis. 115. Mich. Salon. 2. 2. D. Thomæ q. 78. art. 2. controu. 12. & 13. Fr. Banes de iustit. q. 78. de usura, art. 2. in comment. col. 18. Gemin. de usuris comment. 1. §. 4. n. 76. Peregr. conf. 100. n. 9. & 33. lib. 3. Menoch. conf. 7. num. 12. & conf. 110. n. 57. Sured. conf. 243. n. 33. & 38. Aldouin. conf. 84. n. 5. Alexand. Trentacinq. var. lib. 3. de pignorib. & hypoth. resolut. 2. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 976. & collect. 1164. Valasc. conf. 8. Cabed. part. 1. decis. 123. Ceuall. communium contra commun. q. 904. num. 51. D. Barbosa in l. diuortio, §. ob donationes, num. 26. ff. soluto matrim. Cardinal. Mantio. de tacitis, & ambig. comment. lib. 1. tit. 8. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 320. Cardos. in praxi iudicum, verbo usura, num. 5. Modern. de iurisd. dict. part. 4. casu 191. d. 3. 6. Castill. libri tertij quodid.

P 3 6.273

cap. 23. num. 5. cum segg. Paul. Comitoli. *responsor. moral.* lib. 1. quest. 36. Rebello de obligationib. *instituta.* part. 2. lib. 8. de usuris, quest. 11. Cur. Philip. part. 2. lib. 2. cap. 1. n. 8. & 9.

- 4 Et non valet pactum, quod fructus non imputentur in sortem, ut per Menoch. *confil.* 110. num. 8. Alex. Trentacinq. *d. resol.* 2. n. 6. Surd. de alimentis, tit. 9. q. 18. n. 5. Castil. *d. c.* 23. n. 65. Card. Mantic. de tacitis, & ambig. *comment. lib.* 9. tit. 2. n. 2. vbi num. 25. dicit, quod valet pactum, ut fructus etiam castri obligati in sortem non computentur, sed pertineant ad creditorem pro sumptibus custodiæ, si sumptus redditibus verosimiliter respondeant.

S V M M A R I V M.

- 1 Pignoris rem suam sub pacto legis commissoria, & iurans non contravenire si iuste impeditus infra diem statutum non redemit, post diem redimere poterit.
- 2 Pactum legis commissoria in pignoribus reprobatum.
- 3 Pactum legis commissoria cur in venditione, & non in pignoribus permittatur, ostenditur.
- 4 Commissoria legis pactum ex intervallo in pignoribus admittitur, & quid favore dotis danda marito.
- 5 Pactum quod pignus debito non soluto maneat penes creditorem iusto pretio, est validum.
- 6 Creditor tenetur mittere ad domum debitoris, quando debitor non expresso loco aliquid dare tenetur.
- 7 Captura inducit impedimentum.
- 8 Iuramentum, quo quis promittit se non reuocaturum pactum legis commissoria in pignoribus, validum, & obligatorium est.

CAP. Significante. VII.

- 1 **Q**ui dat rem in pignus cum pacto legis commissoriae, id est, iurandi illam tali die, aliis amplius non molestabitur recipiens, etiam iuramento firmato, si debitor legitime impeditus non soluit tali die, ut quia nuntius per quem misit pecuniam, non fuit fidelis, vel fuit detentus, tunc non obstante iuramento creditor restituit pignus accepta sua sorte computatis tamen in illa fructibus, & ad hoc censuris compelli debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butt. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostienf. Anchar. Henric. Panorm. Barbat. Gnid. Papa. Vin. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 199. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 440. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. referunt ab Anton. August. collect. 4. Decretal. lib. 3. tit. 17. cap. unic.

- 2 Cum igitur pactum legis commissoriae sit in pignoribus reprobatum. Notatur ad hoc, quod pactum legis commissoriae in pignoribus reprobatum, concordat apud Lusitanos Ordin. Regia lib. 4. tit. 56. in princip. & apud Castellanos lib. 4. tit. 5. p. 5. tenent Conar. var. lib. 3. c. 2. n. 7. Neguz. de pignori. p. 4. a princip. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. p. 2. c. 1. a num. 30. Perez l. 1. gloss. 1. vers. & est notandum, tit. 2. lib. 8. Ordinam. Odoard. Caldeira de errorib. pragmat. lib. 2. cap. 5. n. 5. Gutier. de iuram. confirm. p. 1. c. 33. Moila in emporio iuris, p. 1. tit. 9. q. 10. n. 7. Molina de instit. tract. 2. disp. 324. vers. in pignori. Card. Mantic. de tacitis, & ambig. *comment. lib.* 4. tit. 29. n. 4. & lib. 1. tit. 9. n. 2. & 3. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo sua facilitate, n. 95. & de empt. c. 11. n. 18. &

c. 28. a num. 25. Francisc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 45. n. 6. Azor. *instit. moral.* p. 3. lib. 7. c. 10. a princip. Less. de instit. lib. 2. c. 20. dub. 15. n. 13. Rebel. de obligat. *instituta.* p. 2. lib. 8. de usuris q. 10. & lib. 16. quest. unica, de pacto legis commissoriae, n. 2. Surd. *decis.* 248. n. 11. & 12. vbi n. 9. asserit quod legis commissoriae pactum dicitur semper ubi ex verbis elicitur animus creditoris, quod lapso die solutionis res accipiens remaneat, & in eum transferatur dominium, quod etiam dicunt Medic. de acquirenda possess. p. 1. gloss. 2. num. 338. Gabr. *confil.* 74. n. 26. lib. 1.

In venditionis autem contractu tale peccatum non improbatum, ratio enim, quæ in pignoris conventionione militat, in venditione cessat, & est in pignore, quoniam pignus minori pretio semper concedi solet, in emptione iustum ferè semper pretium intercedit, ita Host. Panorm. & ceteri in present. Bart. Bald. Salicet. & alij in l. commissoria, C. de pactis inter empt. Tiraq. de retract. *convent. in fine.* n. 122. Gabr. *confil.* 74. n. 23. vol. 1. Gemin. *commento* 2. de usur. 16. Seraph. de priuil. *inram. priuileg.* 131. n. 1. Deci. *resp.* 2. n. 187. lib. 1. Menoch. *remed.* 5. ad pif. num. 29. Vincent. de Franch. *decis.* 355. n. 3. p. 2. Surd. *decis.* 248. a n. 1. Azor. *d. c.* 10. vers. sed cur. Vtrum verò ex intervallo admittatur huiusmodi pactum legis commissoriae in pignoribus, vide Pinel. in rub. de rescind. vendit. p. 1. c. 1. n. 29. Conar. *d. c.* 2. n. 8. vers. 3. Mench. *usufreq. lib.* 3. cap. 69. n. 7. Farin. *in praxi crimin.* p. 6. q. 165. num. 211. cum segg. Card. Mantic. *d. lib.* 11. tit. 16. n. 1. Azor. *d. c.* 10. vers. preterea, Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo sua facilitate, num. 9. & de empt. c. 11. n. 19. & c. 28. n. 29. An autem favore dotis danda marito sustineatur, quando est dubia? negant Neguzant. de pignori. p. 4. in princip. n. 2. Medic. de acquir. possess. p. 1. gloss. 2. num. 288. affirmat verò Bald. Caballin. Lup. quos refert, & sequitur Surd. *decis.* 248. n. 13. in fine.

Limita principalem conclusionem, si conventum sit ut debito non soluto maneat res penes creditorem iusto pretio, tunc enim arbitrio boni viri, quo inspecto æstimanda est, cessat captio, & odium creditoris, ut per Tiraquel. de retract. tit. 2. ad fin. n. 138. Conar. *d. c.* 2. n. 8. vers. 12. Pinel. *d. c.* 1. n. 26. Gutier. *d. c.* 33. n. 14. Surd. *decis.* 248. n. 8. D. Barbof. in l. alia, §. eleganter, n. 48. vers. illud trique, ff. soluto matrim. Molin. de instit. tract. 2. disp. 324. vers. observat. Rebello de obligat. *instituta.* lib. 8. q. 10. n. 4. & lib. 16. quest. unica, de pacto legis commissoriae, n. 3. Cald. Pereira de empt. c. 28. n. 28. Card. Mantic. *d. lib.* 11. tit. 10. n. 19. & 20. vbi etiam resoluit, quod prorsus pretium æstimetur, & res emptori sit adiudicata, potest debitor pecuniam debitam etiam post tempus solutionis præstitum creditori offerre, & pignorum distractionem impedire, de quo etiam Rebello *d. q.* 10. n. 4.

Remissum. Notatur ad hoc, quod creditor tenetur mittere ad domum debitoris, quando debitor non expresso loco aliquid dare tenetur, ut per Duen. *reg.* 161. l. 1. in l. 2. C. de iure emphyt. n. 92.

Sed in captione detentus. Ergo captura inducit impedimentum, ita ut ex illa exculetur quis à pœna, vel mora si non solvat, ut per l. 1. in l. 2. n. 65. C. de iure emphyt. Tiraq. de retract. tit. 2. §. 1. gloss. 2. num. 6. Gig. de pension. q. 75.

Iuramentum debitum adimpletur. Ergo iuramentum, quo quis promittit se non reuocaturum pactum legis commissoriae in pignoribus, validum & obligatorium est, ex ea ratione quia potest quis absque villo peccato propriam rem in pignus datam venditam relinquare pro debito non soluto, sicut, & usuras solvere, aut aliud simile, nec si debitor prædictum pactum obferret aliquatenus peccat, licet secundum leges ipsa

ipfi liberum sit contrailid venire, provt aliis in specie cap. quavis pactum, de pactis, lib. 6. Vide gloss. pen. in presenti, Bart. in l. si quis pro eo, n. 10. ff. de fideiuss. Tiraq. de retract. convent. ad finem, n. 122. Cou. in d. cap. quavis pactum, p. 2. §. 3. n. 3. Gutier. de iuram. confirm. p. 1. c. 33. n. 4. Soar. de Relig. lib. 2. de iuram. c. 26. a. n. 8. Neguzant. de pign. p. 4. n. 3. ampl. 3. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 131. a. n. 1. Surd. decif. 268. n. 21. Franc. Molin. d. lib. 3. q. 45. in fine.

S V M M A R I V M.

- 1 Vfusfructuarius rerum, quæ usu non consumuntur, tenetur præstare cautionem de vitendo, & fruendo arbitrio boni viri, & in rebus, quæ usu consumuntur, sit æstimatio, & canetur de ea reddenda finito vsufructu, & n. 2. & 3.
- 4 Cautio idonea dicitur pignoratitia, vel fideiussoria.
- 5 Cautio vsufructuaria a testatore non potest prohiberi nisi quis constituat vsufructum inter viros, n. 6. vel donec vsufructu reuocato, n. 7.
- 8 Testator potest remittere cautionem de præstandis legatis, & fideicommissis heredibus.
- 9 Vfusfructuarius interim dum cautionem non præstat, an acquirat fructus, ostenditur.
- 10 Pecunia censetur de his, quæ usu consumuntur.
- 11 Vfusfructuarius si adeo pauper sit, ut nequeat cautionem præstare, an vsufructum habeat, remissus.

CAP. Cùm constet. VIII. & vlt.

Gregor. I. X.

Vsfufructuarius tenetur cauere quòd vitetur rebus salua eorum substantia, & quòd restituet pecuniam, & æstimationem rerum mobilium consumptorum ad arbitrium boni viri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Imol. Anchar. Anan. Host. Henric. Barbat. Panor. Guid. Papæ. Vin. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 200. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 440. remissus Calal. in annor. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Collige ex text. quòd vsufructuarius rerum, quæ usu non consumuntur, tenetur præstare cautionem vitendo, & fruendo arbitrio boni viri, idest, sicut vir bonus rebus propriis vteretur, & de restituendo rem finito vsufructu, in idem sunt text. in l. 1. ff. vsufruct. quemadmodum. cau. l. 1. & l. vsufructu, C. de vsufructu, Callian. in consuet. Burgund. rub. 4. §. 9. in gloss. e. sera, a. princ. Pinel. qui multipliciter ampliat, in l. 1. C. de bono matrem. p. 2. n. 75. Syluan. conf. 37. n. 2. & 3. Vin. tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 20. n. 31. pag. 419. Cald. Pereira de potestate elig. c. 16. num. 35. vbi etiam quòd tenetur ad omne damnum, & interesse, & fideliter administrare, Surd. decif. 67. n. 1.

In rebus tamen, quæ usu consumuntur, sit æstimatio, & canetur de ea reddenda finito vsufructu, atque ita secundum valorem, qui est tempore inchoati vsufructus, & constituitur, & seq. Instit. de vsufructu. l. si vini, cum l. seq. ff. de vsufructu eorum rerum, quæ usu consumuntur. resoluunt Vin. vbi proximè, Surd. de aliment. tit. 9. q. 26. n. 17. & decif. 67. n. 2. Anton. Thesaur. Pedem. decif. 80. sub n. 1. Fachin. lib. 8. controuerf. c. 41. Bernard. Græuæ. ad practicam Camera Imper. lib. 2. concl. 46. confid. 1. & concl. 145. n. 6. & seq.

Cautio idoneam.] Intellige pignoratitiam, vel fideiussoriam, vt per Ioseph. Lud. Periss. decif. 63. n. 16.

cum seqq. Cald. Pereira de potestate elig. c. 16. num. 34. Sanch. de marim. lib. 10. disp. 18. n. 35. & alios per me citatos in tract. de appellat. verborum vtriusque iuris signific. appell. 241. ex n. 3.

Cautio vsufructuaria a testatore non potest prohiberi, vt per Surd. decif. 209. n. 3. & decif. 194. n. 3. Molin. de primog. lib. 1. c. 28. n. 12. Surd. de aliment. tit. 9. q. 26. n. 11. & 14. Matienf. tit. 8. gloss. 2. n. 6. lib. 5. nona recop. Pechi. de testam. coniug. lib. 5. c. 24. sub n. 4. vers. quæ cautio similiter; Peregr. de fideicom. art. 11. sub n. 78. Soar. recept. sent. lit. E. n. 85. & lit. V. n. 99. Stephan. Gratian. Marchia decif. 147. n. 9. Cenal. commun. contra communes, q. 408. n. 2. Cabed. p. 1. decif. 136. n. 2. Vin. tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 20. n. 31. in fine, Bernard. Græuæ. ad practicam Camera Imper. lib. 2. concl. 145.

Limita primò in illo, qui constituit vsufructum inter viros, vt per Vin. d. n. 31. vers. quavis, Surd. de alimentis, tit. 9. q. 16. n. 23.

Limita secundò in illo, qui donauit vsufructu re-
tento, vt per Vin. d. n. 31. vers. & quavis, Surd. d. tit. 9. num. 7.

Limita tertio, vt possit testator remittere cautio-
nem de præstandis legatis, & fideicommissis heredibus, vt per Vin. d. n. 31. in fine, Menoch. conf. 177. n. 31.

Exhibeat.] Vsfufructuarius interim dum cautionem non præstat, an acquirat fructus? Resolue cum distinctione, quòd scilicet non acquirat, quando hæres cautionem condixisset, secus quando vsufructuarius malitiosè cauere distulisset. Vide Vin. d. tit. 20. n. 29. pag. 419. Gabr. lib. 5. sent. tit. de vsufructu, concl. 1. num. 10. Fachin. lib. 8. controu. c. 43. Peregr. conf. 20. sub n. 22. vol. 1. Anton. Fab. in suo Cod. tit. de vsufructu definit. 1. Hieron. de Laurent. Auenion. decif. 144. sub n. 7. Cenal. commun. contra communes, q. 408. Surd. decif. 57. n. 12. & dec. 281. n. 1. & de aliment. tit. 7. q. 19. n. 17. & conf. 360. n. 35. Anton. Hering. tract. de fideiuss. c. 5. n. 133. & 134. Bernard. Græuæ. d. lib. 2. concl. 46.

Pecuniam.] Notatur ad hoc quòd pecunia censetur de his, quæ usu consumuntur, vt per Tiraq. de retract. lign. §. 2. gloss. 7. n. 104. Cou. lib. 3. var. c. 1. n. 5. Pinel. in l. 1. de bonis matern. p. 2. n. 42. Gabr. commun. lib. 1. tit. de presump. concl. 12. n. 19. Soar. in thesauro recept. sent. lit. P. n. 86. Reiner. Budel. in suo tractatu de Moneris, lib. 1. c. 2. n. 49. Thesaur. Pedem. decif. 160. n. 6. Simon. cel. de decretis, lib. 3. tit. 8. resp. 15. num. 23. Menoch. de presump. lib. 4. q. 138. n. 3. latè Bernard. Græuæ. d. lib. 2. concl. 10. confid. 3. vbi agit de pecunia destinata ad emptionem prædiorum, de qua etiam vide Rebuff. ad l. 39. ff. de verb. signif. pag. 403. & de priuileg. scbol. priuileg. §. 5. n. 1. Menoch. remed. 1. adipisc. n. 137. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo contractum, n. 11. Quarantam in summa Bullar. verbo Alienato, n. 25.

In gloss. Compellaris, vlt. ibi, Compellaris quòd non habebit vsufructum. Vult glossa adeo necessariam esse cautionem, de qua hic, vt si vsufructuarius, quia pauper, nequeat illam præstare vsufructum non habeat, sed quia de hoc variæ sunt Doctorum opiniones, eas poteris videre apud Fichard. tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 20. n. 36. pag. 421. Gregor. l. 19. verbo que la cosa, tit. 31. p. 3. Surd. decif. 141. a. n. 3. cum seqq. Fachin. lib. 8. controuerf. c. 40. vers. & hanc sententiam, D. Barbol. in l. diuorrio, §. interdum, post n. 28. vers. nec obstant, ff. solutio matrimon. Bernard. Græuæ. d. lib. 2. concl. 47. & conclus. 45. confid. 1.